



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in praecedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

Clemens VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](#)

Prædecessor noster, supplicationibus tuis inclinatus, Tibi, si extra Capitulum generale ejusdem Ordinis de illis aliter disponere non posles, de iis extra illud liberè, & licite providendi licentiam, & facultatem concescerit, prout in ejusdem Gregorii Prædecessoris, in forma Brevis, decimo quinto Octobris, anni millesimi quingentesimi septuagesimi secundi, Pontificatus suu anno sexto, expeditis Litteris pleniùs continebat, quarum vigore, sicut nobis exponi fecisti, Tu de pluribus ejusdem Ordinis Locis, & Officiis tune vacantibus disposuisti, sive providisti.

Cumque nunc de aliis etiam, quæ postea vacantur, similiter providere cupias, eamque ob rem ejusdem Gregorii Prædecessoris Licentiam, ac facultatem usque ad numerum Locorum dicti Ordinis nunc vacantium completum, per Nos extendi, & ampliari, sive illa Tibi de novo concedi, per dilectum Filium Nobilem Virum Antonium de Cardona Sueffæ Ducem, Tuum apud Nos Oratorem, à Nobis postulaveris.

Nos supplicationibus tuis hujusmodi inclinati, Litterarum prædicti Prædecessoris tenorem pro expresso habentes, Tibi de omnibus Locis, atque Officiis dicti Ordinis nunc vacantibus, quatenus extra dictum Capitulum de illis aliter disponere, aut provide nequeas, ad tuum benefacitum, usque ad numerum Locorum dicti Ordinis completum, extra idem Capitulum generale disponendi, & liberè, ac licite providendi licentiam, & facultatem, Apostolica Auctoritate, tenore præsentium concedimus, & impartimur.

Non obstantibus dicti Ordinis, ut supra.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die 15. Januarii 1596. Pontificatus nostri anno quarto.

II.
Ex Actes,
Titres &c.,
du Clerge
de France,
Tom. 2.
pag. 205.

Executio Decreti Concilii Tridentini contra Regulares exemptos, qui extra Claustra cum scandalo vivunt, & punitio Superiorum eorumdem, qui eos corrigerem negligunt: an. 1596.

CLEMENS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriā.

SUScepti munera ratio postulat, ut ea, quæ in Sacro Tridentino Concilio provide constituta sunt, ab iis ad quos spectat, inviolatè observari curamus.

§. 1. Maturo sanè Consilio ipsius Concilii decreto provisum est, ut quicumque Regularis non subditus Episcopo, intra claustra degens, extra ea ita notoriè deliquerit, ut populo scandalo sit, Episcopo instante, à suo Superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum, severè puniatur, & Superior de punitione Episcopum certiore faciat, sin minus ipse à suo item Superiori Officio privetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit.

§. 2. Verum quia experientia competitum est, interdum in hujusmodi decrēti executione nimis remissè procedi, cū enim Episcopus infat, aliquem Regularē, eo, quo supradictum est, modo delinquentem, à suo Superiore puniri, saepe fit, ut Superior Regularē delinquentem ad alia suorum Ordinari Loco, extra Episcopi diœcēsim, ex industria impunitum transmittat, atque etiam ipse aliquando ad alias Provincias se conferat, nec ulterius super delinquentis excessibus inquirat, & de ejus punitione Episcopum certiore reddat. Unde nec Regularis delinquens tunc ab Episcopo puniri potest, cū extra ipsius Diœcēsim exsistat, nec Superior, qui delinquentem corrigerem negligit, officio privatur.

§. 3. Nos pro pastorali nostra sollicitudine, præfati decrēti executioni, quantum cum Domino possumus favere, & præmissis malis, ut par est,

opportuno aliquo remedio occurrere volentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sancta Romanæ Ecclesiæ Cardinalium predicti Concilii interpretum sententia, Motu proprio & ex certa scientia, nostris, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione, omnibus & singulis cuiuscumque Ordinis & instituti Regularium, etiam Mendicantium Superioribus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ, ac privationis Dignitatum, & Officiorum per eos obtentorum, eo ipso incurrendis penis, præcipimus, & mandamus, ut juxta prædictum decretum, quilibet ipsorum Regularium non subditum Episcopo, intra claustra degentem, & extra ea ita notoriè delinquentem, ut populo scandalo sit, Episcopo instante, intra tempus ab Episcopo præfigendum, severè puniat, ac de punitione Episcopum certiore faciat, & alias decretum ipsum, in omnibus, & per omnia exequatur. Ceterum si Superior in Regularem delinquentem non animadverterit, quinimum si illum impunitum ad alia suorum Ordinum loca, extra Episcopi Diœcēsim, ut præferrur, transmisserit, volumus, & simili motu atque auctoritate decernimus, ut Superior, instante Episcopo, intra terminum ab Episcopo præfigendum, & sub eisdem indignationis nostræ, ac privationis Dignitatum, & Officiorum obtentorum, nec non & sub inabilitatis ad illa & alia in posterum obtinenda, ac ulterius privationis activæ, & passivæ vocis, ad quas à nomine præterquam à Nobis & à Romano Pontifice pro tempore existente restituī possit, ipso facto similiter incurrendis penis, ipsum Regulari delinquentem à Loco, ad quem transmissus fuit, revocare, & in quo deligit constitutere, seu sistere tenetur. Quod si hoc etiam facere prætermisserit, per præsentes similiter statuimus, ut Ordinarius Loci, ad quem Regularis delinquens transmissus fuerit, super præmissis ab ipso Ordinario Loci in quo deliquit, similiter requisitus, vel alias de illius delicto informatus, ut præfertur, tanquam Sedis Apostolice delegatus, prædictum Concilii decretum omnino exequi, & in Regularem delinquentem severè animadvertere possit, & debeat.

§. 4. Decernentes sic, & non aliter, per quoscumque Judices & Commissarios, quavis auctoritate fungentes, etiam eidem Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari & definiri debere; irritum quoque & inane, quicquid fecis super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignorantiter, contigit attentari.

§. 5. Non obstantibus quibusvis eorumdem Ordinum vel Institutorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque indulxit, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodo libet concessis, confirmatis & approbatis, ceterisque contrariais quibusunque.

§. 6. Ut autem præsentes litteræ omnibus supradictis innotescant, mandamus, illas ad valvas Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac in acie Campi Flora affigi, & publicari, volumusque, post quindecim dies, eos qui in Urbe sunt, qui vero extra eam, & citra montes, intra quatuor, qui demum ultra montes erunt, intra octo Menses, à die publicationis hujusmodi computandos, perinde afficer & arctare, ac si eorum unicuique personaliter intimatae fuissent.

§. 7. Ac earumdem præsentium litterarum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitute obsignatis, eandem fidem in jude-

1601.
& 1603.

cio, & extra illud haberi, quae ipsis præsentibus haberetur, & forent exhibita vel oftenſæ.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrorum præcepti, voluntatis, decreti, & mandati infringere, vel ei aſtu temerario contrarie. Si quis autem &c.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, septimo Calend. Martii, Pontificatus nostri, anno quinto.

Anno à Nativitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, Indictione nona, die verò decima octava Mensis Martii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Clementis divinae providentia Papæ VIII. anno ejus quinto: retroscriptæ Litteræ Apostolicæ affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicae Sancti Joannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe, ac in acie Campi Flora, per Nos Josephum Spadnam, & Ludovicum Massarum, Sanctissimi Domini Nostri Papæ Curiores.

Gabriel Savarellus, Mag. Curf.

III.
Ex ibidem
Tom. 2.
pag. 203.

Decretum tollens usum Litaniarum, exceptis his, quæ in Breviariis Pontificalibus, & Ritualibus leguntur, item B. Mariae Virginis solitis cantari in Ecclesia Lauretanâ, & à Sacra Rituum Congregatione approbatis: an. 1601.

CLEMENS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

IV.
Ex Memoir. du Clergé de France,
Tom. I.
pag. 984.

Quoniam multi hoc tempore privati etiam homines, praetextu alienæ devotionis, novas quotidie Litanias evulant, ut jam propè immensim formæ Litaniarum circumferantur, & in nonnullis ineptæ Sententiæ, in aliis (quod gravius est) periculose, & errorem sapientes inveniantur, Sanctissimus Dominus noster Clemens Papa VIII. pro solitudine sua provide volens, ut animarum devotio, Deique, ac Sanctorum invocatione, fine ullius detrimenti Spiritualis periculo foveatur, præcipit, ac mandat, ut retentis antiquissimis, & communibus Litanis, quæ in Breviariis, Missalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, nec non Litanis de Beata Virgine, quæ in Sacra Aede Lauretana decantari solent: quicunque alias Litanias edere, vel jam editis, in Ecclesiis, sive Oratoriis, sive Processionibus, uti voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum Rituum recognoscendas, & si opus fuerit, corrigendas mittere tenentur, neque sine Licentia prædictæ Congregationis, eam in publicum edere, aut publice recitare præfumant, sub penit (ultra peccatum) arbitrio Ordinarii, & Inquisitoris severè infligendis. Præfens decretum factum fuit in generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, coram prædicto Sanctissimo Domino Nostro, ac Illusterrimis, & Reverendissimis Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, adversus hereticam pravitatem generalibus Inquisitoribus, octavo Idus Septembbris, Anno à Nativitate Domini nostri JESU Christi M DC I.

Præscribit quæ sint necessaria ad aedificanda nova Monasteria Mendicantium, declarans necessitatem Confessionis Episcopi, & alia hujuscemodi: an. 1603.

CLEMENS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Quoniam ad institutam Regularium Locorum & Personarum reformationem promovendam,

& conservandam maximè pertinet, ut in quibusque Domibus & Monasteriis is tantum numerus Religiosorum, qui commode ibidem ali possit, continetur, ac eò pariter spectat, ut in quibuscumque Civitatibus & Locis aliorum Domorum, & Monasteriorum in eis existentium habita ratione, commode sufficiant posse dignoscantur.

1. Hac igitur nos consideratione duci, & in præmissis providere volentes, motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ex voto etiam Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super Constitutionibus, & negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, harum ferme declaramus, Locorum Ordinarios non posse licentiam ad novos Conventus cujuscunque Mendicantium Ordinis, in Civitatibus & Locis eorum ordinariae jurisdictioni subjectos, erigendos imperiū, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem Civitatibus & locis existentium Conventuum Prioribus, seu Procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causâ servatis servandis, cogniti confiterit, in eisdem Civitatibus, & Locis novos hujusmodi erigendos Conventus, sine illorum detrimento, commode sufficiant posse.

2. Si verò ab eorum Sententiis in hujusmodi causis, ad Nos & Apostolicam Sedem provocari & appellari contigerit, ipsos Ordinarios tamdiu erectionem novorum Conventuum suspendere debere, quoque à Nobis & Apostolica Sede in eadem Causa pronuntiatum extiterit. Irritum nihilominus, & inane decernentes, quicquid fecis super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignorantē, contigerit attentari.

3. Quocirca universis Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Locorum Ordinariis per præsentes in virtute sanctæ obedientiae districte præcipiendo mandamus, ut præsentes nostras literas observent & observari curent & faciant.

4. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in universalibus Provincialibus & Synodalibus Conciliis, editis generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ac quibuscumque statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robortatis, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & confirmandis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

5. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & Sigillo alicuius personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeat, qua ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel oftenſæ.

Datum Romæ, apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 23. Julii, anno millesimo sexcentesimo tertio, Pontificatus nostri, anno duodecimo.

Quid servare debeat Regulares, & Confraternites in posterum in erigendis suis Congregationibus, & Societatis, item Communio indulgentiarum, Indultorum, & Eleemosynarum, nec non Confessorum Optio: an. 1604.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quæcumque à Sede Apostolica ad promovendam Christi fidelium salutem, aliquando concessa sunt, eti maturo consilio, magna prudenter, & cautione sancta & decreta sunt, tamen cum Romanus Pontifex de animarum salute solicitus, progressu temporis animadvertis, sensim aliquos

V.
Ex Actis
&c. du
Clergé de
France,
Tom. II.
pag. 207.

quos abusus in eisdem statutis & decretis observandis provenire, debet pro sui Pastoralis muneric debito opportuna ratione occurrere, & quantum cum Domino potest, adhibito salutari remedio providere.

S. 1. Cùm itaque à pluribus Romanis Pontificibus, Prædecoffibis nostris, & forsan etiam à nobis, nonnullis Regularibus Ordinibus, Religio-nibus & Institutiis, ac etiam Christifidelium Sæcularium Archiconfraternitatibus, & Congregationibus diversarum Nationum, Nominis, & Institutorum, tam in alma Urbe nostra, quam in aliis Civitatibus & locis Christiani Orbis institutis, facultas erigendi & instituendi, in eorum ab aliis Ecclesiis & Collegiis, nec non etiam sibi aggregandi Confraternitatis & Congregationes in eadem Urbe, & in aliis locis existentes, eisque privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta sibi concessa, respectivè communicandi attributa fuerit, ac nulla certa forma, vel ratio præscripta sit, quæ in hujusmodi erectionibus & communicationibus faciendis servari debeat; propterea, sive negligientia Superiorum, Ordinum, Religionum & Institutorum, vel Officialium Archiconfraternitatum & Congregationum erigentium, instituentium, aggregantium, & communicantium, quæ Confraternitibus, & Congregationibus erigendis, instituendis & aggregandis, & quibus communicationes privilegiorum, indulgentiarum, aliarumque gratiarum predicatorum sunt, non servant formam in hujusmodi erectionibus, institutionibus, aggregationibus & communicationibus servari debitam, neque præscribunt modum, quo privilegia, indulgentias, facultates aliasque spirituales gratias, & indulta prædicta consequi debeant, seu ipsarum Confraternitatum, & Congregationum incuria, que non inquirunt ea, quæ præstat oportet, ut illa consequantur, nonnullæ pravae confuerudines irrepererunt, multaque incommoda inde prove-nerunt.

S. 2. Quibus Nos pro commissio nobis Apostolica sollicitudinis Officio, paterna ergo omnes Christifideles charitate propicere volentes, hac no-stra Constitutione perpetuò valitura, decernimus atque statuimus, ut in postorū tam hujus Almae Urbis nostræ, quam aliarum Civitatum, & Locorum totius Christiani Orbis, Regularium Ordinum, Religionum, & Institutorum, quibus in eorum & quibuscumque aliis Ecclesiis & Collegiis, Confraternitatis Sæcularium erigendi, instituendi facultas concessa est, nec non etiam Archiconfraternitatum, & Congregationum, cuiusvis Nationis, Nominis, & Instituti illæ fint, & in quibuscumque Ecclesiis, Domibus, & Oratoriis, tam Sæcularium, quam ut praefecti, quorumcumque, etiam Mendicantium Ordinum, Religionum, & Institutorum Regularium, quavis tam ordinaria, quam Apostolica Auctoritate erector, nec instituta exstant, seu alia quovis modo introducta reperiantur, quibus alias Confraternitatis & Congregationes instituendi, erigendi, ac sibi aggregandi, illisque privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta prædicta elargendi & communicandi potestas à Romanis Pontificibus, Prædecoffibis nostris, vel à nobis & Apostolica Sede attributa fuit, Magistri, Priori, Praepoliti, Rectores, Gubernatores, Praeceptores, Primicerii, Praelati, Custodes, Guardiani, Praefetti, Administratores & alii Officiales, seu Superiores quovismodo nuncupati, Regularium siquidem Ordinum, Religionum & Institutorum, unam tantum Confraternitatem & Congregationem, de consensu tamen Ordinarii Loci, & cum litteris ejus testimonialibus, quibus Confraternitatis, & Congregationis erigendæ & instituenda pietas, & Christianæ charitatis officia, quæ exercere cupit, apud eos commenden-

tur, in eorum & quibuscumque aliis Ecclesiis & Collegiis erigere & instituere.

S. 3. Cæterum verò Arthiconfraternitatum, & Congregationum, in singulis Civitatibus, Oppidis, vel Loci, unam etiam Confraternitatem, & Congregationem dumtaxat, quæ Apostolica vel ordinaria Auctoritate prius erecta, ac nulli alteri Ordini, Religioni, Instituto, Archiconfraternitati, & Congregationi ejusdem, vel alterius Nationis, Nominis, & Instituti aggregata sit, prævio similierte Loci Ordinarii consensu, & cum ejus litteris testimonialibus, quibus ejusdem Confraternitatis, & Congregationis aggregandæ institutum, pietas & Christianæ charitatis officia, quæ exercere conseruit, apud eos commendentur, ad-jungere & aggregare possint.

S. 4. Huic verò Confraternitati, & Congregationi erigendæ, instituendæ, seu aggregandæ, ea tantum privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias & indulta, quæ ipsi Ordini, Religioni, Instituto erigenti, instituenti, ac communicanti, seu Archiconfraternitati, & Congregation nominatim, & in specie, non autem quæ per extensionem vel communicationem, sibi quovis modo concessa sunt, & illa quidem non sub generali forma verborum, vel ad instar, sed exprefse, & in specie communicare valeant.

S. 5. Statuta autem pro regimine Ordinum, Religionum & Institutorum erigentium & instituentium, ac communicantium, seu Archiconfraternitatum, & Congregationum aggregantium edita, Confraternitibus & Congregationibus erigendis, instituendis & aggregandis, & quibus communications privilegiorum, & aliorum predicatorum sunt, impartiri non possint, nisi ea prius ab Episcopo Dicæfano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quæ nihilominus ejusdem Episcopi decretis ac moderationi, & correctioni in omnibus semper subiecta remaneant.

S. 6. Insuper volumus & ordinamus, ut prædicti Ordines, Religiones, Instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, nec non Archiconfraternitatis, & Congregationes aggregantes certam erigendi, instituendi, aggregandi & communicandi formulam à nobis novissimè approbatam, diligenter observent, secundum quam privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta ipsiis Ordinibus, Religionibus, Institutis erigentibus, instituentibus & communiciantibus, seu Archiconfraternitibus, & Congregationibus aggregantibus, nominatim, & exprefse, non autem per communicationem, neque ad instar, ut supra concessa, ipsiis Confraternitibus, & Congregationibus erigendis, instituendis, & aggregandis, & quibus communications sunt, & communicare possunt.

S. 7. Quibus Confraternitatis & Congregationes ejusdem dumtaxat Nationis & Nominis, Ordinis, Religionis, & Instituti, Archiconfraternitatis, & Congregationis cui aggregantur, tam haec tenus aggregatae, quam imposterum aggredandæ utantur, potantur & gaudent, ita ut diætarum Confraternitatum, & Congregationum eratarum, institutarum, & aggregatarum, ac quibus communicationes facta sunt, Ministri, & Officiales, & alii privilegia, indulgentias, facultates, aliasque spirituales gratias, & indulta hujusmodi, prævia tamen recognitione Ordinarii loci, qui adhibitis duobus de ejusdem Ecclesiæ Capitulo juxta Sacri Concilii Tridentini Decretum promulganda decernat, debitis temporibus promulgare valeant.

S. 8. Quibus etiam Ministris Officialibus, & aliis prædictis, eleemosynas, & alia oblata Chri-

stianæ Charitatis subsidia, juxta modum & formam per Ordinarium loci praescribendam, remoto tamen mensis, pelvibus & capsis, qua in Ecclesiis & Oratoriis dictarum Confraternitatum & Congregationum publicè ad hoc exponi consueverunt, excipiendi potestas detur. Atque hoc ipsum Ordines, Religiones, Instituta erigentia, instituentia, ac communicantia, seu Archiconfraternitates, & Congregationes aggregates, tam Almæ Urbis nostræ, quam aliarum Civitatum, & Locorum quorundam, juxta modum à Vicario Urbis, & ab Ordinariis Locorum, respective praescribendum, observare teneantur. Eleemosynas autem sic collectas in reparationem & ornatum Ecclesiarum, tam Ordinum, Religionum, Institutorum erigentium, instituentium, & communicantium, ac Archiconfraternitarum, & Congregationum erigendarum, instituendarum, & aggregandarum, & quibus communicationes fiunt, aut in alios earum pios usus, arbitrio ejusdem Vicarii nostri de Urbe, nec non Ordinariorum Locorum respective, fideliter exponere, atque erogare procurrerunt, ut omnes intelligent, Cœlestis Ecclesiæ Thesauros, non quæstus, aut aliquius lucri causâ, sed charitatis & pietatis excitandas gratias, & Apostolicæ Sedis benignitate, Christifidelibus aperte.

§. 9. Præterea volumus, ut Confessarii, qui vigore privilegiorum, ipsis Ordinibus, Religionibus Institutis erigentibus, instituentibus, & communicantibus, seu Archiconfraternitatibus & Congregationibus aggregatis communicandorum, pro tempore eligi possint, & poterunt, Seculares scilicet in Alma Urbe à prædicto nostro Vicario, extra urbem verò à Locorum Ordinariis, Regulares autem non solum à prædicto Vicario nostro, & à Locorum Ordinariis respective, sed etiam à suis Superioribus approbati sint, utque Confratres confitentes, à criminibus, casibus & censuris, juxta dictorum privilegiorum (quatenus tamen sint in usu, & Sacris Conciliis Tridentini Decretis, ac Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, & nostris Constitutionibus non adversentur, nec revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa sint) formam, & tenorem dumtaxat absolvere valeant. Decernimus insuper, ut iidem Confessarii prædictos Confratres cuiuscumque gradus, status, conditionis, & præminentia, etiam speciali nota dignæ fuerint, à casibus contentis in litteris, que die Cœna Domini legi consueverunt, nec non violationis, immunitatis, & libertatis Ecclesiastice, & Clauſure Monasteriorum Monialium, si videlicet sine necessaria & urgente causa, ac sine Superiorum licentia, vel etiam, si causa, & licentia concessa abutentes, prædicta Monasteria ingressi fuerint, nec non violentie manus injectionis in Clericum, & singularis certaminis, seu duelli, ac ab aliis etiam casibus, tam à nobis, quam prædicto nostro in Urbe Vicario, & Locorum Ordinariis respective reservatis, & pro tempore reservandis, & etiam à quavis excommunicatione ab homine lata absolvere, & super irregularitatibus, tam ex aliquo defectu provenientibus, quam occasione delicti contractis, cum aliquo dispensare, prætextu dictorum privilegiorum, nullo modo possint.

§. 10. Demum statuimus, & pariter ordinamus, ut Confraternites, & Congregationes ubi vis locorum quavis auctoritate, ut præfertur, eretæ, & institutæ, & quibus communicationes prædictæ factæ sunt, ac cuiuscumque ex dictis Ordinibus, Religionibus, Institutis, Archiconfraternitatibus, & Congregationibus, novas erectionum institutionum, communicationum, & aggregationum litteras, juxta formam à nobis novissime approbatam, infra annum, si in Europa sint, & si extra Europam fuerint, infra biennium à die

publicationis præsentium in Romana Curia facienda computandos impetrare teneantur, alioquin dicto tempore elapsò, erectiones, institutiones, & quaecumque communicationes privilegiorum, facultatum, indulgentiarum, aliarumque spirituum gratiarum, & indultorum, & aggregations illarum vigore ipsis concessæ, nullius sint roboris, & momenti, ac revocatae & abolite censeantur eo ipso.

§. 11. Erectionum autem, institutionum, communicationum, & aggregationum, tam haec tenus factarum, quam deinceps faciendarum littera, ab ipsis Ordinibus, Religionibus & Congregationibus, gratis omnino, ac nullà proflus mercè, etiam sponte dantibus accepta, expediri & concedi debeant.

§. 12. Quod si Ministri aliqui, Superiores, vel Officiales, quocumque nomine nuncupati, Ordinum, Religionum, Institutorum, seu Archi-Confraternitatum, Congregationum, & Confraternitatum hujusmodi, quamvis auctoritate, vel privilegio ex officio fungantur, & præfulgeant, contra præmissa in aliquo venire, vel facere præsumperint, erectiones, institutiones, & communicationes privilegiorum, indulgentiarum, facultatum, spiritualiumque gratiarum & indultorum, aliorumque præmissorum concessiones, nec non aggregations per ipsis faciendas, seu renovandas, nullius sint roboris, & momenti, & quilibet eorumdem Ministrorum, Superiorum, Officialium, & aliorum prædictorum privationis officiorum, quæ obtinet, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, penam, quæ ab alio, quam à Nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore existente, remitti non possit, incurrat eo ipso.

§. 13. Decernentes præsentes litteras perpetuas validas & efficaces existere & fore, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, inviolabiliter observari debere, siue nostra mentis & intentionis existere, & ita, & non alter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palati Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, etiam de Lateri Legatos, sublati eis & eorum cuilibet quavis alter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, quicquid super his à quoquam quavis auctoritate scienter & ignoranter contigerit attentari.

§. 14. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, quorumcumque Ordinum, Religionum, & Institutorum, seu Archiconfraternitatum, Congregationum, & Confraternitatum Secularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & Litteris Apostolicis, etiam Mare magnum, ac Bulla Aurea nuncupatis, Regularibus, Ordinibus, Religionibus, Institutis, seu Archiconfraternitatibus, Congregationibus, & Confraternitatibus Secularium, eorumque Superioribus, & aliis quibusvis personis, cuiuscumque Status, Gradus, Ordinis, Conditionis, Dignitatis, & Praeminentia existentibus, sub quibuscumque verborum formis & tenoribus, ac derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficatoribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus & aliis decretis, in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & consistorialiter, & aliis quomodolibet in contrarium præmissorum, etiam plures concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expresa & individua, non autem per clausulas generales idem impor-

tantes,

tantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia requisita forma ad hoc servanda fo-
ret, illorum tenores, ac si de verbis ad verbum ex-
primenterentur, & insererentur, praesentibus pro ple-
nè & sufficienter expressis & insertis habentes, illis
alias in suo labore permanuris, hac vice dun-
tax harum serie specialiter & expressè derogamus,
cæterisque contrariis quibuscumque.

S. 15. Ut autem præsentes litteræ ad omnium
quos concernunt notitiam facilius deveniant, vo-
lumus illas ad valvas Basilicarum Sancti Joannis
Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe,
& in acie Campi Flora more solito publicari &
affigi, atque iis inde amotis earundem exempla-
etiam impressi ibi affixa relinqui, saftaque publi-
catione hujusmodi, omnes Regulares Ordines, Re-
ligiones, Instituta, & Archiconfraternitates, Con-
gregationes, & Confraternitates Sæcularium, quæ
in Urbe quidem post mensim, quæ verò in Eu-
ropa, post decem menses, quæ denum extra
Europam fuerint, post octodecim menses, à die
publicationis hujusmodi computandos, perinde affi-
cere, & arctare, ac si earum cuilibet nominatim
insinuatæ fuissent.

S. 16. Et nihilominus, ut ipsæ præsentes lit-
teræ notiores fiant, magisque omnibus innoteantur,
universis & singulis Venerabilibus Fratribus Patri-
archis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, &
aliis Locorum Ordinariis, per easdem præsentes
committimus & mandamus, ut per se vel alium,
seu alios, hasce nostras litteras, postquam eoru-
m tenorem receperint, seu earum notitiam ha-
buerint, semel aut pluries, prout eis magis ex-
pedire visum fuerit, in suis Cathedralibus, & ma-
joribus respectivè Ecclesiis Civitatum, Oppido-
rum & Locorum quorumcumque eorum Dioce-
suum, dum in eas major populi multitudine ad Di-
vina convenerit, solemniter publicent, & publicari
Auctoritate Nostra mandent ac faciant.

S. 17. Cæterum quia difficilè foret easdem
præsentes ad singula loca, ubi opus fuerit, deferti,
volumus, & simili auctoritate decernimus, ut earum
transfumpcis, etiam impressis, manu alicuius No-
tarii publici subscriptis, & signo alicuius persona
in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem
ubique Fides habeatur, quæ ipsiæ litteris habe-
retur, si essent exhibitæ vel olsensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub an-
nulo Piscatoris, die septima Decembri, millesimo
sexcentesimo quarto, Pontificatus nostri anno de-
cimo tertio.

Anno à Nativitate Domini nostri Iesu Christi
1604. Indictione secunda, Pontificatus Sanctissimi
Patris, & Domini nostri, Domini Clementis, Di-
vinæ Providentia Papæ VIII. anno 13. die verò
14. Mensis Decembri retroscripta litteræ affixa
& publicatae fuerunt ad valvas Basilice Sancti
Joannis.

Gratia & Libero Arbitrio inter Dominicans
& Ignatianos comprescit, sic ut quis-
que à parte sua staret sine damnatione ad-
versæ sententiæ: annos sexdecim vixit.
(*Magni Bullarii Romani hujus Editionis
Luxemburgenſis* 1727. Tom. III. fol. 195.
App.)

Breve Interdicti contra Rempublicam Venetam, &
Edictum Leonardi Donati Ducis Venetiarum,
de non recipiendo Brevi Pontificio: Anno
1606.

I.
Ex Mo-
narch.
Goldasti
Tom. 3.
pag. 262.

PAULUS QUINTUS. PONTIFEX MAXIMUS.

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepisco-
pis, & Episcopis per universum Dominum Rei-
publicæ Venetorum constitutis, & dilectis Filiis
eorum Vicariis in Spiritualibus Generalibus, nec
non universis Abbatibus, Prioribus, Princeps-
riis, Prepositis, Archidiaconis, Archipresbyte-
ris, Decanis, Plebanis, & Parochialium Eccle-
siarum Rectoribus, aliisque Personis in Digni-
tate Ecclesiastica constitutis in eodem Dominio
existentibus, tam Sæcularibus, quam quorumvis
Ordinum & Institutorum Regularibus, Salutem,
& Apostolicam Benedictionem.

Superioribus Mensibus ad nostram, & Apo-
stolicæ Sedis audienciam pervenit, Ducem, &
Senatum Reipublicæ Venetorum annis elapsis in
eorum Consilio plura ac diversa Decreta, tunc Se-
dis Apostolicæ Auctoritati, & Ecclesiæ Libertati,
ac Immunitatì contraria, tunc Generalibus Conciliis,
& Sacris Canonibus, nec non Romanorum
Pontificum Constitutionibus repugnantia statuisse:
& inter cætera sub die 23. Mensis Maji Anni
M DC II. sumpta occasione ex quadam lite, seu
controversia inter Doctorem Franciscum Zabarel-
lam ex una, & Monachos Monasterii de Praglia
nuncupatos, Ordinis S. Benedicti, Congregationis
Cassinenſis, alias S. Justinæ de Padua in Diœcesi
Paduana ex altera, partibus, verente, eorum
Consilio statuisse, non solum, ut dicti Monachi
tunc, aut deinceps illa unquam tempore actionem,
per quam sub quovis titulo, aut colore in Bonis
Ecclesiasticis emphyteuticis à Laicis possessis præ-
ferantur, prætendere, ac etiam Jure Prælationis,
seu Consolidationis diretti, cum utili Dominio,
aut extinctionis linea, imprimitis Investiture com-
prehensæ, aut alia quavis causâ bonorum prædi-
ctorum proprietatem sibi vindicare minimè possent,
sed tantummodo jus directi Dominii illis præser-
vatum esset: verum etiam, ut id ipsum quoad cæ-
teras omnes Personas Ecclesiasticas, Sæculares &
Regulares, Monasteria Monialium, Hospitalia, &
alii loca pia in eorum temporali Dominio existen-
tia, declaratum, & firmiter deliberatum censeretur.
Et sub die 10. Januarii ad superiora quædam con-
silia ab eorum majoribus, ut etiam afferebant, ha-
bita respicientes, quibus cavebatur, ne quisquam
sive Sæcularis, sive Ecclesiasticus in Urbe Veneti-
orum, Ecclesiæ, Monasteria, Hospitalia, atque
alias Religiosas Domos, & pia loca, sine eorum
speciali licentia fundaret, & erigeret, in Consilio
Rogatorum congregatos iterum decrevisse, ut id

candem

PAULUS QUINTUS.
PONTIFEX CCXXXVII.
ANNO DOMINI M DC V.

Paulus Quintus Burghesius anno 1605.
Pontificatum accepit: Controversiam de